

18.

Quartus, Evangelista qualitates personae hujus viri apponit, quod esset Pharisaeus, & Princeps; quia multoties de ipso facturus erat mentionem, & valde magna, & mirabilia narraturos. Ipse obstitit aliis principibus mittentibus ministros ad obtinendum Christum, 7. an. 7. n. 50. Ipse ad sepulturam venit cum unguentis pretiosis, Joannis 19. n. 39. ut jam dixi in quaestione. Uter ergo sciant qualiter hoc fecit, & qualiter hoc potuit facere, praecipue dum furorem Principum recessit, describitur, quia magnus ac Princeps erat: nam hujusmodi auctoritas multum valet, ut tumultuantem populum, ac furentes optimates comprimat, & placitos reddat.

Auheritas magis vivi reprimis populum.

19.

Cum Petrus, & alij Apostoli ad Judaeorum Concilium adducerentur, eoque princeps sacerdotum graviter objurgasset, quod contra decretum suum Christum crucifixum praedicarent; huic Petrus liberè respondit: Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Et hoc cum audissent (scilicet stantes in Concilio) dissecabantur, & cogitabant interficere illos. Su gens autem quidam in Concilio Pharisaeorum, nomine Gamaliel, legis Doctor, honorabilis universae plebi, iussit foras homines fieri, & dixit ad illos. Actor 5. num. 33. Et statim post pauca verba, quae Gamaliel habuit ad eos, omnes ei consenserunt, ut ibi dicitur num. 40.

Actor 5.

Chrysof.

Idem.

Hugo. Eccli. 7.

Joannis 2. n. 3.

Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei: Rabbi scimus, quia a Deo venisti magister: nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

VERSIONES.

Syriacus.

Et dixit ei: Magister mi, scimus, te a Deo missum fuisse doctorem; nemo enim potest haec signa edere, quae tu edis nisi qui Deum habeat secum.

Euthymius.

Scimus, quod a Deo veneris in magistrum.

D. Chrysofom. Nemo potest facere, quae tu facis. homil. 42. Nisi Deus affuerit illi. Variabul.

EXPOSITIO.



NICODEMUS bonus homo, & de sua salute sollicitus, qui, ut vult Eusebius de Inventione sanctae Crucis, jam credulus quidem, sed nondum charitate perfectus; tamen simpliciter dicendum est, quod licet bono affectu venerit ad Christum, ut de ejus doctrina cognosceret; adhuc tamen in fide, & charitate debilis erat; & Judaica imbecillitate detinebatur, ut re-

cte observant D. Chrysofomus homil. 23. D. Cyrillus lib. 2. cap. 38. Euthymius, Theophylactus, Beda, Albertus Magnus, S. Thomas, D. Bonaventura. Ideo nocte venit, & Christum tanquam Prophetam existimabat, ut dicam, ac adeo tales interrogaciones proposuit, Venit ad Jesum in hoc, cum esset Princeps, & potens, non laudandus, cum esset Princeps, & potens, non vocavit Jesum ad se, sed ad ipsum divertit. Proh dolor! multi volunt, ut Deus ipsos quaerat. Vide lib. 3. cap. 2. quest. 4. num. 12. Venit nocte: tanquam erubescens, quod manifestus Christi discipulus haberetur, ne apud gentem suam ejus principatus aliquod damnum, & detrimentum pateretur, ut ait D. Cyrillus lib. 2. cap. 38. Saepe conscientiae repagula cedunt sinistrae hominis opinioni, vulgo Resones de est ado.

Et dixit ei: Rabbi. Egrege ponderat Rupertus lib. 3. in Joan. Poterat sic scribi; ait: Magister scimus, quia a Deo venisti magister. Sed opportuna linguarum varietate usus est, non solum pro oratione dicendi, verum etiam gratia sensus elucidandi. Dicitur autem Rabbi, pro excellentia magisterij; cum in Latine (ut caetera verba Hebraica) verti poterit, sicut & alia quadam non interpretata profertur, pro excellentia, vel dignitate eorum, quae significantur. Valde mirum, quod uxor Hebraica Rabbi non transferatur, sicut & alia; quod ideo vel factum est, ne in brevi dictione eadem vox bis repeteretur, ita ut diceretur: Magister scimus, quia a Deo venisti magister; varietas enim per judicium a Deo venisti magister; varietas enim per judicium a Deo venisti magister; varietas enim per judicium a Deo venisti magister.

Valde, & ideo repetitio maxime vitanda, lib. 2. c. 1. num. 58. Vel quia ipsa vox Rabbi per excellentiam significat magister; & ideo Syriacus translulit: Magister mi, scimus. Pro omnibus loquitur Nicodemus. Et non ait: Putamus, existimamus, quae verba aliquale dabiolum admittunt, & omnino non excludunt. Sed ait: Scimus, quod dicit cognitionem certissima assertionem. Quia a Deo venisti magister. Non enim dixit, ut notat Rupertus citato lib. 3. Venisti Dominus, & magister; haec enim vox est Apostolorum, ac perfectae credentiam. Vos vocatis me magister, & Domine, & bene dicitis: sum etenim, Joan. 13. num. 13. Magister ergo appellat, ut inquit Beda, & Haymon, non; & Deum tacet, quia non agnoscebat eum, ut Deum, sed credebat a Deo missum tanquam aliquem Prophetam, solus enim verus magister a Deo datur. Vel magistrum dicit, nihil excellentius existimans, dici posse, ut ponderat Maldonatus. Nemo enim potest haec signa facere. Fatetur, Christi miracula, ne virtute naturali, ne Demonis ope, ut plurimi ex Judaeis dicebant, sed tantum Dei interventu fieri posse.

QUESTIO

QUESTIO V.

Quare Nicodemus venerit nocte ad Jesum? multiplici ratione explicatur.

22.

VENIT Nicodemus nocte ad Christum, sed Judaeis valde dissimilis; nam isti miserunt ad comprehendendum Dominum nocte, ad quem audiendum ille venit nocte; & ut aliquid de divina doctrina apprehenderet. Quod ponderans Rupertus lib. 3. in Joan. ait: Illi hora sua male usi sunt, & potestate tenentur: hic vero (scilicet Nicodemus) doctrina aptum nocturni silentij bene captivavit otium. Et illi quidem comprehendendo, & ligando, amiserunt Salvatorem Christum; hic interrogando, & audiendo, invenit Christum Dei verbum. Quare ergo Nicodemus ad hujusmodi colloquium Redemptoris nocturnum tempus elegerit, inquirendum est.

Rupert.

23.

Respondeo primum, quae est germana solutio. Venit Nicodemus nocte, metu Judaeorum, ne eorum offensam incurreret; nam, cum Judaei in magno odio Christum haberent, aegre ferebant, quod aliquis ad eum veniret; & ita dicitur Joannis 12. num. 42. Ex Principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur, ut de Synagoga non efferentur. Et de Joseph ab Arimathaea ait Joan. 19. num. 38. quod esset discipulus occultus, sed propter metum Judaeorum hanc rationem tradunt D. Chrysofomus, Theophylactus, D. Bonaventura, Hugo, Cajetanus & alij. Unde eleganter ait D. Cyrillus Alexandr. lib. 2. in Joan. Popenus ad fidem Nicodemus fuisse videtur, sed pudore improbo victus, & gloria hominum superatus palam accedere non audeat. Sunt enim multi, quos veritas maxime cogit, & impellit, ut verum agnoscant, & videant; sed humanus respectus ita capit, & ligat ut non faciant, nec dicant id quod sentiunt, & judicant. Magi Aegyptiorum ediderunt tria signa serpentis, sanguinis, & ranarum, in quarto autem defecerunt, ut cyniphes non possent educere, dixerunt: Dignus Dei est hic, Exod. 8. n. 19. Sed hi cum essent sapientes, Regisque Consiliarii cur ei non dicant, ut a sua obduratione desistant, cum valde sit apertum, quod Dei voluntati nullus possit obistere. Sed hoc tacent. Excellentia operis Moysi impulit eos, ut verum agnoscerent, sed humanus respectus, ne Regi displicerent, obtinuit eos, Odo Abbas Cluniac. lib. 13. n. 1. Apprimè docti non desunt, ut sit sub Regibus, sed Principis purpura saepe infatuantur.

Naturalis ratio.

Joan. 12.

Joan. 19.

Chrysof.

Theoph.

Bonavent.

Hugo.

Cajetan.

Cyrrill. Alex.

Responsum hu-

manus ligat

os, ne id di-

cat, quod ve-

rum judica-

tur.

Exod. 8.

Odo. Abbas.

24.

Cyrrill.

Irrisio inci-

piens in via

perfectiois

saepè deter-

ret.

Psal. 118.

una exquisivi, Psalm. 118. n. 2. Est ne honesta petitio, ut Deus opprobrium auferat, & contemptum, cum pars quaedam beatitudinis sit pro Domino exprobrari? Beati eritis, cum vos oderint, & exprobraverint homines, Luc. 6. n. 21. & 1. Petri 4. n. 14. Et gaudendum est cum Apostolis, si contingat pro Christo contumeliam pati Actor. 5. Loria. n. 41. Cur ergo David postulat. Aufer a me opprobrium? Lorinus, Ne contumelia, qua etiam conturbat sapientem, a mandatorum exquisita observatione deterreat. Qui sunt in consummata via perfectiorum, contumelias, & injurias a tyrannis patiantur, magni gaudij, & exultationis habent materiam: qui autem per iter caeleste primò ingrediantur, dum hujusmodi a domesticis opprobria sustinent, multoties ab incepto itinere desistunt, ac retrocedunt. Cujus rei consensu David dicebat: Aufer a me opprobrium; ut testimonium Psalm. 118. tuis inhercam: & iterum eodem Psalm. n. 39. Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum: quia iudicia tua jucunda. Sed cum eximia perfectionis sit in omnia opprobria se dare propter Deum, cur David tam sollicitus est, ut non solum Aiguanus petat auferri opprobrium, verum etiam suspiciationem illius Aiguanus, Cajetanus, & alij. Postulat, ut longè excludatur suspicio, ac metus inanis; qui tamen aliquos a divina lege removeret, quod ve-reantur ne obtrahant alij, & in opprobrium ipsorum verant studium tam accuratum servandae legis. Huic autem metum impedit viam Dei, Dominus dixit Joan. 5. n. 44. Quomodo potest credere, qui ab invicem gloriam quaerit?

Tertio venit nocte, ut bonus, & prudens. Ut bonus homo venit ad lumen fidei, ut illuminetur, & ut de via salutis habeat documenta. Ut prudens casus operatur. pr. d. ns, sub noctis umbra, ut caute cum Christo loquatur, ac ita foras se possit ei melius inservire, iniqua Judaeorum consilia dissipando, ut praestitit Joan. 7. n. 57. Ut saepe est dictum. Sicut & Gamaliel socius in fide occultus erat Apostolorum. & ex eorum consilio, ut testantur Clemens in Clement. Recog. lib. 1. cap. 9. & Beda Actor. n. 34. perman- sit apud Judaeos, ut data occasione possit eorum furorem sedare; nam aliquando licitum est, ad D. Thomae tempus religionem tegere, ut docet D. Thomas 2. 2. quest. 10. art. 2. Et ita scimus, sanctum Sebastianum fecisse. Et Chusaf verfabatur cum Abalone, ut ejus prava consilia contra David inverteret, & ipsi David aperiret, ut ei obsequeretur; 2. Reg. 17. num. 5.

Quarto Euthymius, Venit nocte, ait, timebat enim palam accedere; propter Judaeorum suspitionem, qui aversuri erant accedentes ad eum. Cum enim Nicodemus esset e numero eorum, qui temporalibus commodis inserviant, & voluntatem Principum, atque magnatum explorant, & praevident, ut ei obsequantur; ideo clam venit ne displiceret Judaeis, qui abstinenti erant ab illis, qui ad Christum accederent. Magnis vocibus instarunt Judaei ad Pilatum, ut Christus crucifigeretur, & dicunt: Secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit; Joannis 19. nom. 7. Et cum agnoscerent, quod nihil proficerent, & quod voluntas Praesidis esset propensa, ac inclinata, ut Christum dimitteret; dicunt Pilato. Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris, ibidem num. 12. id est, ut multi cum Theophylacto explicant, non es placiturus Caesari. Quibus auditis Pilatus sedens pro tribunali Christum ream mortis judicavit, Sylveira in Evang. Tom. 1. l. F. 2. proposita



Proposita lege non adducitur Præses ad mortis condemnationem sed ut placeat Cæsari, cujus voluntas ei omnino erat ignota. Imò Tiberius Cæsar semper fuit valde propensus Christo Domino; nam auditis ejus factis, ipsum ad Senatum retulit, ut inter divos computaretur, ut testantur, Tertullianus, Orosius, Eusebius à me citati lib. 3. c. 1. n. 2. Ad quid ergo commemorant Cæsarem? Euthymius. Intuitu objectam legem fuisse inuilem, & intelligentes; quod eum vellent absolueret, ad accusatorem iterum tyrannidis divertunt, quam timore Cæsaris non posset parvipendere Pilatus. Cum Judæi agnoscerent, Pilatum esse valde respectivum, ac ambitiosum, & quod totis viribus intendere gratiam inire Cæsaris; quamvis efficacia legis, ut ipsi existimabant, fuerit apud eum inefficax; tamen tanquam inexpugnabile telum ei obiciunt Cæsaris amicitiam, & quod illa mors esset Imperatori gratissima, secum statuentes, quod plus concutiendus, ac labefectandus erat Pilatus conjecturata Principis voluntate futura, quam omni actuali legis impulsione.

QUESTIO VI.

Quare, cum hujus sæculi Principes omnia sibi licere frequenter existimant, Nicodemus tamen timeat palam ad Christum venire?

27. **O**ptimates, ac Principes hujus sæculi, omnia sibi esse licita, autumant, ita ut nihil aggredi vereantur. Unde ergo hic Princeps tam formidolosus, ut ad Christum conveniret? Hoc dubium excitans D. Bonaventura ita fatetur: Nicodemus erat unus de Principibus, non oportuit eum timere, nec nocte venire. Et ad hoc respondet Chrysostomus, quod adhuc Judaica detinebatur infirmitate, ideo nocte venit trepidans. Cum enim Nicodemus Judaica infirmitate detineretur, & infidelitatis gereret figuram, ut dicam sequenti quaestione, valde consequens erat, ut quamvis Princeps, nocte veniret, nam errans, valde trepidus, & timidus est. Secundò respondeo. Potentes sæculi, si temporalia lucra interveniant, tanquam dii reputari volunt, & nihil sibi superius existimant, ita ut nefas multum reformident, ac si de salute spirituali, & bono animæ agitur, parvis rebus inhærent, & his veluti implicati morantur, ac detinentur.

28. Illud mirabile valde, quod Nabuchodonosor cum in turpissimum illud prolaberetur scelus, ut se tanquam Deum reputari, & statum suam vellet adorari, universos regni sui optimates convocavit Daniel, 3. num. 2. Itaque Nabuchodonosor Rex misit ad congregandos Satrapas, Magistratus, & Judices, Duces, & Tyrannos, & Præfectos, omnesque Principes regionum, ut convenirent ad dedicationem statuae, &c. Sed cum adfuerint Principes omnes cur non coadunantur, ut Regem de nefariis ausibus admonerent, utque ei persuadere, ut à tam turpi cogitatione desisteret. Ut rectè ponderat Divus Chrysostomus hom. 4. ad populum. Et augetur dubium. Cum Darius Rex cogitaret Danielem super imperij sui provincias constituere, hoc suis non latuit, qui Prophetam obsecrantem Deum

Tertull. Orosius. Euseb. Euthym.

Bonavent.

Errans valde timidus.

Daniel. 3.

Chrysost.

suum reperientes ad Regem detulerunt, qui posuit cor suum pro Daniele usque ad occasum Solis, & quamvis haberent exploratam Regis voluntatem, tamen ab accusatione non desistere. *Principes sæculi pro mundi rebus multa faciunt, non verò pro anima saluta.* Viri autem illi intelligentes Regem, dixerunt ei. Scito Rex, c. 6. n. 15. Sed cur iidemmet Babylonici principes in facto Nabuchodonosoris adversante ratione obmutescunt, & in causa Danielis per integrum diem contra Regis placitum sine intermissione instant, Cum Dario timebant jacturam facere potestatis & jurisdictionis temporalis: cum Nabuchodonosore causa Religionis agebantur, & pro terreno emolumento omnem timorem contemnebant, & veluti imperterriti habebantur: at pro salutis negotio ne verbum proferunt, sed tanquam stolidi omnes conquiescunt.

Mittitur Moyses ut filios Israël educat de Aegypriorum ergastulo, & dicitur ei: Aaron frater tuus, erit Propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem, Exod. 7. n. 1. Itaque Aaron legationes dabat Pharaoni, ac ei, ut ponderat Rupertus plagas inferendas pronuntiabat, Coniigit, quod, cum Moyses esset in monte Sinai, populus dixerit Aaroni; Fac nobis Deos, qui præcedant, Exod. 32. n. 1. Aaron eorum petitioni consentiente, ministrante igne vitulus efformatur. Quid magis mirum? vir tam fortis, & constans, qui rabido Regi in medio curiæ suæ assidenti, copioso exercitu circumdato plagas acerbissimas valde imperterrite minabatur, modo ad radices montis, in quo Deus loquebatur, voce populi percussit, ut in execrabile idololatricæ malum præcipitoret; Cur non restitit populo: totque ei à Deo accepta enumerat beneficia? Nonne ad latus suum stipati erant filii Levi viginti tria millia generis masculini, Num. 1. 6. n. 62. qui postea pro scelus ultione magnam in populo stragem edidit, qui vituli peccato non consenserit teste Abulense c. 32. Exod. 7. 35. Cur ergo contra detestabile factum non exandescit, ac pugnat? Author est ipse Abul. q. 33. Aaron, inquit, non est ausus publice repugnare, formidans sibi mortem à populo inferendam. Ad Pharaonem nil timens audenter ingreditur, ei ante oculos obversabatur suæ, suorumque libertatis inestimabile donum, & quod Aegypto multis exiret onustus divitiis, gressumque faceret ad terram promissam fluentem lac, & mel possidentem; in deserto autem causa divini cultus, ac religionis erat ventilanda: ubi temporale commodum expectabatur nullum ab exandescenti ita Regis timebatur incommodum, parva omnia videbantur: cum verò pro evertendo peccato, & suprema Dei veneratione standum, ita una populi voce vires minuuntur, atque deficient, ut ultra ad loquendum non sit spiritus, nec halitus.

Mittitur Moyses ut filios Israël educat de Aegypriorum ergastulo, & dicitur ei: Aaron frater tuus, erit Propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem, Exod. 7. n. 1. Itaque Aaron legationes dabat Pharaoni, ac ei, ut ponderat Rupertus plagas inferendas pronuntiabat, Coniigit, quod, cum Moyses esset in monte Sinai, populus dixerit Aaroni; Fac nobis Deos, qui præcedant, Exod. 32. n. 1. Aaron eorum petitioni consentiente, ministrante igne vitulus efformatur. Quid magis mirum? vir tam fortis, & constans, qui rabido Regi in medio curiæ suæ assidenti, copioso exercitu circumdato plagas acerbissimas valde imperterrite minabatur, modo ad radices montis, in quo Deus loquebatur, voce populi percussit, ut in execrabile idololatricæ malum præcipitoret; Cur non restitit populo: totque ei à Deo accepta enumerat beneficia? Nonne ad latus suum stipati erant filii Levi viginti tria millia generis masculini, Num. 1. 6. n. 62. qui postea pro scelus ultione magnam in populo stragem edidit, qui vituli peccato non consenserit teste Abulense c. 32. Exod. 7. 35. Cur ergo contra detestabile factum non exandescit, ac pugnat? Author est ipse Abul. q. 33. Aaron, inquit, non est ausus publice repugnare, formidans sibi mortem à populo inferendam. Ad Pharaonem nil timens audenter ingreditur, ei ante oculos obversabatur suæ, suorumque libertatis inestimabile donum, & quod Aegypto multis exiret onustus divitiis, gressumque faceret ad terram promissam fluentem lac, & mel possidentem; in deserto autem causa divini cultus, ac religionis erat ventilanda: ubi temporale commodum expectabatur nullum ab exandescenti ita Regis timebatur incommodum, parva omnia videbantur: cum verò pro evertendo peccato, & suprema Dei veneratione standum, ita una populi voce vires minuuntur, atque deficient, ut ultra ad loquendum non sit spiritus, nec halitus.

QUESTIO VII.

Quare Nicodemus venerit nocte? aliis rationibus explanatur.

**H**ujus nocturni adventus alias rationes Hex Patribus proferamus. Simon Cassianus libro 11. cap. 6. Mirum autem, inquit, cum sponsa quaesivit per noctem, quem diligit anima sua, & non invenit; & iste Nicodemus ad eum nocte venit. Sed illa quaesivit in lectulo suo, videlicet

Daniel. Principes sæculi pro mundi rebus multa faciunt, non verò pro anima saluta.

Exod. 7. Rupert. Exod. 32.

Principes sæculi pro mundi rebus multa faciunt, non verò pro anima saluta.

Abulens.

Simon, Cass. De Christum in enias, viciis, ac deliciis relinquit.

licet delectata quiete; iste vero, cum venit, jugam otiositatis excludit. Anima sancta in dulcedine ac lectuli quiete suam quaerit dilectum, ideo non invenit. In lectulo meo per noctes quaesivi, quem diligit anima mea, & non invenit, Cantic. 3. num. 1. A Nicodemus nocte quaerit, & invenit; nam relictam domo, & deposita otiositate, ac magna sollicitudine ad Christum accedit, & ideo ejus præsentia fruitur; Deuter. 33. num. 3. Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de altissimis ejus, Vide lib. 1. cap. 1. num. 94. & cap. 2. num. 116. & cap. 5. num. 107. Secundò Beda, Venit, inquit, Nicodemus ad Jesum nocte, cupiens secreta ejus allocatione plenius discere mysteria fidei, cuius aperit ostensione signorum aliquatenus jam rudimenta percepserat. Similiter Rupertus, Venit nocte Nicodemus, ut audiret Jesum sine turba. Doctrina apium nocturni silentii bene capitavit otium. Idem Albertus Magnus, Nocte venit, & secretum significat, qui extra strepitum discere veritatem voluit. Clam accedit Nicodemus in tenebris, ut cum Christo, nullo impediendo, secreto colloqui posset, & divitius, ac commodius eum eo immorari. In hanc considerationem dicebat sponsa loco proximè datò: In lectulo meo per noctes quaesivi, quem diligit anima mea, Cantic. 3. num. 1. Cur nocte, & non die sedule quaerit? Divus Bernardus sermone 86. in Cantic. Verecundia tibi, si advertis, & loco signatur, & tempore. Qui tam ancium verecundò animo, quam secretum? Porro secretum, & nox, & lectulus habet. In hanc rem dicitur Job. 4. num. 12. Porro ad me dictum est verbum absconditum, & quasi furivè susceptis auribus meis susurravit ejus, in horrore visionis nocturna. Tertio, D. Augustinus epist. 28. ad Hieronymum. Unde, ait, Nicodemus ad verum magistrum nocte venerat, quia fortassis erubescere dicebat, qui docere consueverat: me autem, magistrum audire. quem velut magistrum delectat avari. Idem habent Carthusianus, Hugo, & alii, Nicodemus, cum esset Princeps, ac magister in lege, erubescere, se discipulum profiteri ejus, quem constabat litteras non didicisse. Hanc erubescentiam condemnat D. Hieronymus in cap. 2. Aggeli, num. 12. ubi de Sacerdotibus ita fatetur: Discam legem Dei, ut possim docere, quod didicerim; & augeant scientiam magis, quam opes, & non erubescant à laicis discere, qui noverint ea, quæ ad officium pertinent Sacerdotum. Quarto Haymon, Pulchre, ait, in nocte venisse dicitur, quia in tenebris ignorantia obnubilatus ad tantam lucem nondum pervenerat, ut perfecte Deum verum crederet: nox enim in sacro eloquio pro ignorantia ponitur. Psalm. 81. num. 5. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulans. Idem Divus Thomas, Competit tempus noctis ignorantia, & imperfectæ cognitioni, quam habebat Nicodemus: sicut enim nox sensibilis causatur ab intermedia terra, quæ densitate, atque opacitate sua solarium radiotum impediens penetrationem, ipsam efficit noctem; ita nox spiritualis resultat ab aliqua densitate, quæ adstanti Deo, qui animæ Sol est, opposita, illius impediatur lucem. Quid D. Gregorius Nazianz., orat. 16. n. 53. Ille, inquit, amissis tantum ex parte Christum amans Nicodemus: Nicodemus valde imperfectus in amore, qui per noctes ad Christum veniebat Sylvica in Evang. Tom. 1. f.

per dies verò conversando cum Pharisæis versabatur. Magnus error in obsequium Diaboli, ac mundi, tempus consumere: sed multo detestabilius, duobus dominis velle servire, Deo, & Diabolo, Disperdam, ait Deus, eos, qui jurant in Domino, & jurant in Melchior, Sophon. 1. num. 5. Septuaginta: Eos qui jurant in Domino, & jurant in Rege suo, ubi signanter notandum, quod non comminatur Dominus in eos, qui jurant tantum in Deo suo, sed in illos, qui cum obsequio Deo conjungunt famulatum Regis, D. Hieronymus, Hieron. Disperdet Dominus eos, qui adorant Dominum, & Melchior, qui seculo pariter, & Domino putant se posse servire: qui militantes Christo, obligant se negotiis secularibus, & eandem imaginem offerunt Deo, & Cæsari, & cum Christi Sacerdotes se esse dicant, filios suos consecrant Melchior, id est, Regi suo. Vide lib. 1. cap. 1. num. 124.

Sextò, Nicodemus venit nocte, claudicabat enim fide, ac dilectione, ut colligitur ex Cyrillo lib. 2. in Joan. cap. 38. Quilibet animi affectus dissimulari patiens est, ac amor nescit occultari, & semper in manifestum prodire intendit. Unde qui in negotio dilecti fortim ambulat, latebras quaerit, tanquam amoris expertus aestimatur. Tempore persecutionis impiæ Jezabelis videbantur multi Dei cultores, qui propter castitatem, deserti, ac montium speluncas habitabant, & ita dixit Abdias Elias: Nunquid non judicatum est tibi Domino meo, quid fecerim, cum interficeret Jezabel Prophetas Domini, quod abscondim de Prophetis Domini centum viros quinquagenos, & quinquagenos in speluncis, & paverim eos pane, & aqua, 3. Regum 18. n. 13. Et etiam Deus dixit Elias, De. 3. Reg. 19: relinquam tibi septem millia virorum, quorum genua non sunt curvata ante Baal, cap. 19. n. 18. Et tamen cum Elias videret Dominum in Horeb, ait ei: Derelictus sum ego solus, & quarunt animam meam, ibi. num. 14. Sed quomodo tantus Prophetæ potuerit ignorare, quod multi amicorum Dei cœtus darentur, ut merito addubitaret Raba. Raba. nus. Imò ipse Abdias ei dixerat, quod tot, tantoque aluerit, ac eis alimoniam præstaret, Quomodo ergo ait: Derelictus sum ego solus; ut est in Hebraeo, Derelictus sum ego solus ego? Cajetan. Derelictus sum ego solus: verum dicit, inter Dei Prophetas tunc manifestos. Causa venerationis Dei erat, & multi exabant Dei cultores, & occulti, & absconditi: at Elias tantum erat manifestus, & publicus. Optime ergo ait: Derelictus sum solus: nam qui clam, ac sub caligine ambulat, non reputatur tanquam amicus, sed ille tantum, qui palam, ac sub luce meridiana versatur.

Apparet Dominus super solium majestatis. Et Seraphim stabant super illud, Sex alas uni, & sex Isai. 6. ala alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant. Isai. 6. num. 2. Sex alas adnatas habent Angeli, duabus tegunt caput, & duabus pedes; at alii, quæ erant ad latus volabant, ut explicat Interlinealis, medium aperiendo; eorum sicut capiti, & pedibus dant tegumenta, illud etiam medio non Hieron. parant? Per caput, & pedes, teste D. Hieronymo, D. Ambrosio in Symbolum c. 10. D. Thomæ, Hugone, & aliis, intelliguntur præterita ante mundum, & futura post mundum, quæ scire non possumus: sed media tantum, quæ sex diebus ob hominum dilectionem facta sunt, vidimus; & F 3 contem

Non est servandum Deo & mundo.

Sophon. 1. Septuaginta.

Cyrrill. Amor nequit abscondi.

3. Reg. 18.

3. Reg. 19.

Hebraeus, ut est in Cajetan.

36.

Hieron. Ambros. D. Thom. Hugo.